

*9. Instrumentum confexionis et
cessionis di Flamenga e Francesco
in favore della chiesa di S. Michele*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*9. Instrumentum confexionis et
cessionis di Flamenga e Francesco
in favore della chiesa di S. Michele*

1250-04

(c. 94r) Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense aprelis, octave indictionis, imperii vero domini nostri Frederici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti anno vicesimo nono, regni Hierusalem vicesimo quarto et in Sicilia quadragesimo nono feliciter amen.

1

In presentia Sanctori de iudice Iordano imperialis iudicis Potentie et testium subscriptorum licteratorum ad hoc specialiter // (c. 94v) vocatorum et rogatorum, Flaminga et Franciscus, mater et filius, confexi sunt et sacramento prestito firmaverunt et Pixonum de Saxo quondam quorum maritum et patrem eorum in ultima voluntate sua legasse ecclesie Sancti Michaelis yscham unam sitam in tenimento Potentie in contrata Tore, hiis finibus circumdatam: a duobus lateribus est via puplica, a tertio latere est flumen Cerelle, a quarto latere tenet iaconus Guillelmus de Arpaxio mediante vallono; in modum subscriptum videlicet: ut dicta ecclesia debeat anuatim a predicto Francisco filio quondam dicti Pixonis <percipere> solidos quinque bonorum denariorum quousque predictus Franciscus vixerit; si vero dominus Franciscus decesserit sine liberis, dicta yscha debeat esse ecclesie in plenum dominium supradicte; si vero

Il documento – considerato l’uso dello stile bizantino per il computo indizionale – va ricondotto sotto l’anno 1250; a questo anno (come pure al 1249) non corrispondono tuttavia i dati chronici riportati nell’era regni, nè relativamente agli anni del titolo di re dei Romani, né per quanto concerne gli anni di regno di Gerusalemme e di Sicilia, sotto qualsivoglia computo cronografico. Per le medesime problematiche cronologiche si veda il doc. n. 8

decesserit liberis existentibus, predicta ecclesia debeat percipere anuatim supradictos solidos quinque bonorum denariorum ab hiis qui ycham tenuerint et possiderint supradictam.

2

3

4

Unde ad rei geste memoriam et predicte ecclesie securitatem presens instrumentum scripsi ego Bartholomeus puplicus Potentie notarius, qui una cum supradicto iudice et subscriptis testibus supradicto iuramento et dicte concessioni interfui. Ego Sanctorus de iudice Iordano imperialis iudex Potentie qui supra Ego Girardus Pestanus electus interfui Ego Robertus archipresbiter Sancti Michaelis interfui Ego presbiter Iohannes Sancti Michaelis interfui Ego iaconus Dangersus interfui

5

Così S per quod

Trattasi con molta probabilità di un errore del trascrittore; considerato che in precedenza si fa riferimento alla contrada Tora, non è da escludere che il fiume, o meglio il torrente citato nel documento, sia proprio la Tora.

Così S per dictus

Così S